

stimauimus. Quapropter vt finem tãdem nostræ orationi faciamus, hæc est col'egij nostri & omnium, vt putamus, rectè opinantium firma claraq; sententia, hanc tantam aquarum extra intraq; vrbeim languentium, vt etiam palustrem ac cœnosam reddētium vbertatē perniciosum ipsi id temporis esse, & sequētibus annis longè magis fore: tametsi non negemus astrorum etiam infaustos aspectus, subiectam hanc materiam aptissimam inuenientes, morbis præsentibus addere posse. Nonnulli enim Astrologi hoc anno magnū morborum perniciosorum prouentum, non magis tamen Patauij quàm alibi fore prædixerunt. Neq; solum has pestilentes febres incrementum in posterum accepturas, sed etiã multos alios morbos euenturos timemus, & ipsam quoq; pestilētiam inuasuram perhorrescimus, talesq; nos euasu-

ros, quales Scythas prope Phasin amnem pigerimum habitantes, vt in secundo libro de Locis aere, & aquis descripsit Hippocrates. Vestras itaque Excellentissimas Dominationes rogamus, ipsas tota Patauina ciuitas orat, vt eius miseratio ne commoti, tam præclaram vrbeim hac turpi insalubritatis nota infœdari, aut tanta strage vastari atq; interire, neq; hanc orbis terræ nobilissimam Academiam adeò miserè deleri atque corrumpere permittant. Non minus enim ipsis dolendum est, quàm nobis: siquidem liberos suos in hanc, sicut olim in Hetruriam Romani veteres, vt bonis artibus liberalibusq; disciplinis instruerentur, libenter mittere confluuerunt. Denique vestra est ciuitas, vestri homines sunt: quicquid perierit, magis huic illustrissimo imperio, quàm nobis perijisse existimabitur. Diximus.

F I N I S.

ERRATA NONNVLVA, ET QVAE
D A M A D D I T A I N
editis Consultationibus.

Fol. 18. F. vbi legitur *Erisimelica*, adde, vt pillule *Cochiae*, confectio *Hamech*, & *Diaphenicon*.

fol. 32. D. lege: *Quæ cum non habent amaritudinem*.

fol. 41. D. *Betonice*, ana ʒ. iij. lege ʒ. j.

ib. F. *furfurum*, & c. lege *Furfurum tritici* lb. iij. *glycyrrhizæ* ʒ. iij. *polypodij* ʒ. ij.

fol. 94. B. *Syrupum*, adde per nouem dies.

ib. D. fiat potio, adde cum aqua *Pæoniæ*.

ibid. D. in fine conf. adde obseruata etiam victus ratione diligenti. Noctu cum dormit, sub capite puluinar habeat ex folijs agni casti, & folijs *Pæoniæ* paratum, & sepe folia mutantur, ne nimis exiccantur: recentia igitur imponantur, non tamen humida, sed prius in umbra parum exiccata.

109. F. dato puluisculo, adde humani cranei ʒ. j.

131. F. pro *Agarico* lege *Helleboro*.

137. D. pro corde linimentū, addatur pro spina dorsi vero olei *Nardini* ʒ. j.

fol. 141. B. pro ʒ. iij. lege ʒ. iij. *Glycyrrhizæ*.

fol. 151. A. in fine Collegij 59. addantur sequentia. Vt per hyemem totam vnctionibus præscriptis, pillulas de *Agarico* tantum semel accepit, & cum sentiret nauseam & vellicationem ventriculi: postea pillulas de *Aloe* sumsit omni triduo: deinde dedit floribus *Cassie* ʒ. xij. *Syrupum* de *Betonica* & *cichorea* cum decocto *lucæ*.

fol. 159. A. in fine consilij 62. adde pro euacuatione, *Recip. confectio* *Hamech* ʒ. s. *Syr. ros. solut. nuper facti* ʒ. iij. cum decoctione *Betonice*. Et *Endiuie* fiat potio danda in aurora cum custodia. Post purgationem laudamus, vt manum læsam & ægram in aquam *Thermarum*, vel balnei *S. Helenæ* ieiunus per horam mediam foueat: deinde in luto eiusdem balnei eam etiam teneat. Interim manum fouebit & inunget ol. *chamæmel*. vel *amigd. dul.* & *butyro* recenti. Si displicent illi balnea, tunc per aliquot dies, vti poterit emplastro *Dialtheæ*, & emplastro *Diapyritis* cum ceroto de *Betonica*, & aliquando *diapyrite* cum *diachylo*.

Pro remedio etiam efficacissimo laudamus fomentationē ex fumo pyritis lapidis, qui aliàs *Marchesita* dicitur, igniti & aceto extincti factam & fumum illum per vas stricti orificij recipiat, vngendo primo manū per tres dies bono victus ratione. Item, sumtis duob. *Syr.* mittatur sanguis ex vena iecoraria brachij sinistri ad ʒ. vj. vel viij. Caput etiam abluat aqua prædicta balnei vel lixiuio dulci vel cum decocto *rosar.* & *myrti*.

fol. 177. f. A. lege ligni *Guaiaci*. ʒ. vj. *saccari albi* lb. j.

fol. 250. C. rectificetur ratio victus, adde: quantum ad medicamenta attinet, conuehit tanquam ab igne, ne utatur illis validis quibus haecenus vsus est, vt sunt pillule *aureæ*, *cochiæ*, *lucis*, sine quibus & alijs quibus vulgò communiter vtuntur. Prætereā omittat collyria illa potentia, quia præter id quod nimis exiccabunt oculos, cecum etiã faciunt: ideo meo iudicio, si velit illis vtī, malè tandem eis agetur. Potius consulo, vt bis in anno purgetur, in Vere & Autumno, purgatione vniuersali & ordinaria, quæ qualis esse debeat, infra describetur. Quæ facta utatur etiã simplici *mastiche* manè ante prandium, ter vel quater in hebdomade. Temporibus vero intermedijs inter vnan atque alteram purgationem poterit semel in septimana vti *Seru. j.* *Aloes* bonæ per horam ante cœnam. Caput etiã singulis 8. diebus per horam ante cœnam abluat lixiuio dulci, in quo *Camemilla*, *Anethū* & *Maionana* incocti sunt, cum sequenti etiam infra scripto sapone.

fol. 251. F. deterior sit, addito: Utatur etiã ter vel quater in mense floribus *Cassie* ʒ. j. cum ʒ. j. specierum *S. Galieni* bolo cum *sacharo*. Pro spasmo vero & paralyti palpebrarū vngatur vespere hora decubitus oleo de *Tartaro* vel *Laurino*, vel etiam oleo de *Terebinthina*, vel de *pice*, et vngantur diligenter cum penna super palpebras, ne oleū intra oculos defluat. Lauet etiam oculos, vel aqua

saliuæ, vel vino albo paucifero.